

Cadent in retiaculo eius peccatores:
singulariter sum ego donec transeam.
Voce mea ad dnm clamaui:
143 uoce mea ad dominum de
precatus sum.
Effundo in conspectu ei9
orationem meam: et tribulationem me
am ante ipsum pronuntio.
In deficiendo ex me spiritum meum:
et tu cognouisti semitas meas.
In uia hac qua ambulabam: abscon
derunt superbi laqueum michi.
Considerabam ad dexteram et uidebā:
et non erat qui cognosceret me.
Periit fuga a me: et non est qui requi
rat animam meam.
Clamaui ad te domine dixi tu es spes
mea: portio mea in terra uiuentium.
Intende ad deprecationem meam: quia
humiliatus sum nimis.
Libera me a persequentibus meis: quia con
fortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam. ad





confitendum nomini tuo: me expec
tant iusti donec retribuas michi.
Domine exaudi orationem me
147 am: auribus percipe obsecratio
nem meam in ueritate tua ex
audi me. in tua iusticia.
Et non intres in iudicium cum seruo
tuo: quia non iustificabitur in conspec
tu tuo omnis uiuens.
Quia persecutus est inimicus animam
meam: humiliauit in terra uitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos
seculi: et anxiatus est super me spiritus
meus: in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum: medi
tatus sum in omnibus operibus tuis:
in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te anima mea:
sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: et simi
lis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac michi mane misericordiam tuam:

